

tionis, mediante tubu-
 lo recurvo FHI, para-
 tisque omnibus & re-
 cluso tandem episto-
 mio, ex imo vase A ce-
 leritate maximâ per
 duas contignationes a-
 qua ad altitudinem
 plus quam 25. pedd.
 cum notabili strepitu
 sublata est; neutrâ vice
 tamen (ne quid diffi-
 mulemus) attigit peni-
 tus recipientis orifici-
 um: id quod equidem
 miros nos habere non
 debuit, quando quidem
 spectatorû nostrorum
 impatientia sat tempo-
 ris haut concessit no-
 bis, ad superiores tubos
 primûm auferendos,
 tubulû recurvum IHI
 decenter aptandum, e-
 pistomium recipientis
 huic cautè inferendum,
 omnes commissuras
 sollicitè contra obre-
 ptionem aëris munien-
 das, ac imprimis recipi-
 ens ipsum, præsertim
 illud grandius cupre-
 um, funditus exhauri-
 endum. Sufficiebat igitur
 Phænomeni par-




Fig. 17.

K 3

tem